



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XVII. Orationes laculatoriæ ponuntur singulæ singulis operibus opportunæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

Adde dolores, sed auge patientiam. *Non Ioan. 15.*
maior Domino suo. Si me, ait Dominus per-
Matth. 10.
sunt, & vos persequentur: si Patrem familias
obub vocauerunt, quanto magis domesticos

Hactenus de fontibus Aspirationū, quas
 pro suo captu, desideriis, internisq; moti-
 excogitare potest. Sufficiat paradigma ali-
 quod proposuisse: nunc de breuib; orationib;
 quid dicendum.

C A P. XVII.

Orationes iaculatorie ponuntur singula sin-
gulis operibus opportuna

Quia sancti Patres leguntur actioni-
 bus suis præmississe aut etiam interse-
 re Orationes aliquas, partim ne in his exer-
 citiis nauos aliquos contraherent; partim vt
 in tribus diffidentes testatum facerent se spem
 in Dei auxilio collocare, quo inuocato
 omnia ad felicem exitum perducerent; aliquas
 breues formulas, easque breues, vt retinean-
 tur, libentiusque adhibeantur: & in pri-

Ante omnes actiones.

Psal. 69.

Deus in adiutorium meum intende; Domine ad ad-
iuuandum me festina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in
saecula saeculorum. Amen.

Aaa 2

Ad

Ad tres personas sanctissimæ Trinitatis.

2. Cor. 1.

Omnipotens sempiternæ Deus, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolaris nos in omni tribulatione nostra, dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut cum exitu domine dilecti Filij tui, Domini nostri IESU Christi, Spiritus sancti igne inflammari, & mur bonis operibus abundare. Per eundem

Cum mane excitaris.

1. Reg. 3.

Psal. 118.

Act. 9.

Psal. 142.

Loquere, Domine: quia audit seruus tuus. Servus sum ego: da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Domine, quid me vis? Doce me facere volūtatē tuam, quia Deus meus es tu.

Tum corpus erigens.

Psal. 9.

Ego dormivi, & soporatus sum: & in nominis sanctissimæ Trinitatis, Patris omnipotentis, & eius Domini nostri IESU Christi, & Spiritus sancti, paracleti, Exurgo, quia Dominus suscepit me, & timebo millia populi circumdantis me. Exurge, Domine: saluum me fac, Deus meus. Quia percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, & contriuisisti peccatorum contriuisisti. Domini est saluum super famulum tuum benedictio tua. Gloria &c.

Colof. 3.

Ephes. 4.

Cum vestes induis vel exuis. Exue me, Domine, veterem hominem cum actibus suis; & indue me nouum, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate.

Alia.

Ephes. 6.

Largire mihi, Domine armaturam tuam.

resistere in die malo, & in omnibus per-
 stare. Succinge lumbos meos in veritate,
 & calcea pedes meos in loricâ iustitiæ, & calcea pedes meos
 in preparationem Euangelij pacis: præbe mihi
 fidei, in quo omnia tela nequissimi ignea
 extinguere: capiti meo galeam salutis
 & gladii: trade dexteræ meæ gladium salutis, in
 bellum Domini geram: & cadant à
 meo mille, & decem millia à dextris meis
 ut verus mihi appropinquare non possit.

Psal. 90.

Cum togam induis.

Induite, Domine, animam meam cyclade au-
 recta, vesteque nuptiali caritatis, quæ operiat
 meam multitudinem peccatorum, & im-
 pium monilibus exorna me.

Ex iis qua
 de S. Agne-
 te S. Amb.
 ser 9. to. 5.

Cum lauas manus.

Asperges me, Domine, hyssopo, & mundabor: lauabis
 me, & super niuem dealbabor.

Psal. 50.

Cum faciem abluis.

Abundius laua me, Domine, ab iniquitate mea, & à
 macula carnis meo munda me, meritis Domini nostri Ie-
 su Christi, Filij tui, qui dilexit nos, & lauit nos à pec-
 catis nostris in sanguine suo.

Psal. 50.

Apoc. 1.

Cum ad laudes Deo dicendas aut Officium
 recitandum accingeris.

In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad
 altare sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.
 Cantate Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro,
 quoniam Rex omnis terra Deus: psallite sa-
 cerdotes. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum
 timore.

Psal. 137.

Psal. 46.

Psal. 2.

Gratiarum actio post singula opera.

Psal. 144. Laudationem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum, & in seculum seculi.

Ante studia.

Sap. 9. Da mihi, Domine, sedium tuarum assiduitatem, & noli me reprobare à pueris tuis: quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancilla tua. Mitte de caelis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuae cum sit, & mecum laboret: vt sciam quid accipiam coram te omni tempore.

Ad seruandam puritatem intentionis in omnibus rebus agendis.

Psal. 72. Domine, quid mihi est in caelo? & à te quid mihi per terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus meus, & pars mea Deus in aeternum.

Vt vno verbo mane proposita omnia reues, idque frequentius, saltem ad horæ pullum.

Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Cum occasio aliquid patiendi se offert.

Psal. 33. Quis mihi det vt moriar pro te, Domine IESV, IESV mi Domine? Benedicam Domini in omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Cum oculis nostris vanitates vel etiam cogitationes obilciuntur.

Psal. 118. Auerte oculos meos, Domine, ne videantur in via tua viuifica me.

Cum vaniloquia vel etiam tentationibus nostris insonant.

Errauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt *Psal. 118.*

Cum peccandi occurrit occasio.

Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum, *Psal. 78.*

quia ecce qui elongant se à te, peribunt: perdidisti om-

nes qui fornicantur abs te. Mihi autem adharere Deo

non est, ponere in Domino Deo spem meam.

Cum irrepunt gulæ ciborumque irrita-
menta.

Dederunt in escam meam fel, & in siti mea pota- *Psal. 69.*

mentum me aceto.

Act. 9.

Cum irascendi datur occasio,

Psal. 26.

Domine, quid me vis facere? Expecta Dominum, *Psal. 38.*

quiesce, & confortetur cor tuum, & sustine Do-

minum. Dixi ergo: Custodiam vias meas, vt non delin-

dam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum con-

terer peccator aduersum me, Obmutui, & humilia-

sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. *Psal. 50.*

Deinde mihi latitiam salutaris tui, & Spiritu princi-

palis confirma me.

Cum ex cubiculo egrederis.

Vias tuas, Domine, demonstra mihi, & semitas tuas *Psal. 14.*

doce me. Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu

Deus Saluator meus, & te sustinui tota die.

Alia.

Domine, deduc me in iustitia tua: propter inimicos *Psal. 5.*

domini dirige in conspectu tuo viam meam.

Cum redis ad cubiculum,

Conuertere, anima mea, in requiem tuam: quia *Psal. 114.*

dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meam

à morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

Placebo Domino in regione viuorum.

Aaa 4

Cum

Cum quid intueris, quod te delectat.

Psal. 91.

Delectasti me, Domine, in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua, Domine! nimis profunde factae cogitationes tuae. Vir insipiens non cognosceat, & stultus non intelliget haec.

Ad horas singulas, cum pulsantur.

Rom. 13.

Hora est iam nos de somno surgere. Vigilate.

Matth. 24.

nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.

Psal. 41.

quando veniam & apparebo ante faciem meam?

Alia,

Maria mater gratiae, mater misericordiae, tuam hoste protege, & hora mortis suscipe.

Cum caelum aspicias,

In vita B.

Quam mihi sordet terra, cum caelum aspicias.

Ignatii.

Cum in terram oculos deflectis.

Phil. 3.

Omnia detrimentum feci, & arbitror ut stultus, ut Christum lucrifaciam.

Cum noctu excitaris.

Matth. 26.

Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum. Haec dixerunt: alii autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te defendit? Defensor noster aspice, insidiantes reprimere. Domine, non deridenda tuos famulos, quos sanguine mercatus es.

Cum obscenis cogitationibus molestus agitaris.

Per immaculatam conceptionem tuam libera me, Virgo gloriosa.

Cum domo egrederis.

Deduc me, Domine, in semitam mandatorum tuo- *Psal. 118.*
 quia ipsam volui. Angelis suis Deus mandauit de *Psal. 90.*
 custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus por- *Psal. 16.*
 te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
 Modi me, Domine, vt pupillam oculi, sub vmbra ala-
 tuarum protege me,

Cum obrepente somno caput in-
 clinas.

Qui stas in domo domini, in atrijs domus Dei no- *Psal. 133.*
 noctibus extollite manus vestras in sancta, & be-
 dicite Dominum. Benedicat te Dominus ex Sion, qui
 colum & terram. In pace in idipsum dormiam *Psal. 4.*
 quoniam tu, Domine, singulariter in
 constituisti me. In manus tuas commendo spiritum *Psal. 30.*
 redemisti me, Domine Deus veritatis. Gloria
 tri & Filio, &c.

Alia.

Angele, qui meus es custos pietate superna,
 Metibi commissum serua, defende, gubernas,
 Vt valeam tecum caelestia sciandere regna.

Alia.

Nos cum prole pia benedicat virgo Maria.

Haecenus Orationes & Aspiraciones,
 que pauca & breues, pro occurrentium hu-
 manae conditioni rerum necessitate conscripsi-
 mus, qui plures desiderat, è variis libellis hac de
 conscriptis desumere poterit; mortalium
 que fragilitas breuitatem amat; multa ne-
 gigit, imo vel pauca ne vsurpat quidem: & vt
 saltem aliqua eorum, quæ attulimus, vsur-
 pentur! Qui multa retinere non possunt, vtã-
 r consilio Cassiani, luadentis vt ad omnia, que

occurrunt, versiculum illum assumant: *Deus, in adiutorium meum indende.* Cuius si singula verba perpendantur ac pōderentur, haud frustra profecisse inueniemus. Nullam vero adhibere positionem allatis versiculis *Aspirationum*, quod ea satis obuia sit consideranti ac meditati: cui gratius iucundiusque erit, quod meditatione adeptus fuerit, quam quod alieno partu labore, postmodum nobis occurreret occasio nullas latius explicandi.

CAP. XVIII.

Oratio mane recitanda, constans hisce partibus: oblatione, adoratione, gratiarum actione, protestatione, omniumque pene virtutum exercitio.

102. **V**T Praxis illa *Aspirationum* recitatur facilius, expedit matutino tempore orationem aliquam, adiuncta protestatione, praemisisse; cuius in breuioribus orationibus vis omnis consistat: qualis esse posset, hic subiiciemus.

Partes orationis.

I. *Culpa confessio.* I. Omnipotens Domine, Deus adorandissime: quod filii parentibus contumaciter contempserunt, & solent, & vero debent, ut eis nimis bene precantur, id ipsum facturus adueniens, ut digne faciam, prostratus benedictionem tuam suppliciter postulo; utque delicta omnia mea

Oratio.